Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36551
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& ydola coluerunt. Vel ipsi fortassis inter gentes iurgati sunt.
& sanguine polluti. aliis clamauerunt recedite & cetera.
quia tanquam iusti ceteros aspernati sunt. Unde inter eos iurgia &
sediciones. Allegorice. Recedite polluti & cetera. Heretici contra
fidem catholicam. & maxime donastice. & qui catharosse uo
cantur. clamant recedite a nobis. quia nos mundi. uos inmun
di. nolite nos tangere ne inquinetis. Hii inter se iurgantur. id est
diuersis erroribus commoti sunt. quia in fide stare noluerunt. Mouerunt
enim ab oriente pedes suos. & uenerunt in babilonem. id est constru
entes superbie turrim. linguis diuisis sunt dispersi. Unde recte se
quitur. Facies domini diuisit eos. Moraliter. Recedite polluti
& cetera. Sepe in ecclesia ceci & polluti nequeunt ingredi
templum dei uiui. & participare misteriis sacris. quas alii quiuis
& ipsi polluti. quasi zelo dei despiciunt. qui iusti uideri ap
petunt. quia non deum manifesti sunt. Unde erecto supercilio. obiur
gantes dicunt. Recedite a nobis & a sacramento dei. tu ad eos.
quorum consortes estis. nolite tangere sacra sancta. quibus indigni es
tis. His & huiusmodi alios criminando. iustos se ostendere co
nantur. Inde sepe lites generantur. quia non secundum deum corrigunt.
sed aliis oppressis sciores uideri cupiunt. Unde subdit. Iurga
ti sunt & commoti. Prius enim commoti iurgantur. deinde acrius commo
uentur. quia non stant in eo quod idem est. & eum reliquerunt. qui pax
uera est. Propterea subdit. Inter gentes non addet ultra & cetera. quia
ubi pax & concordia non est. deus esse non potest. quia in pace factus est locus eius.
Inter gentes namque ptales nomen dei blasphematur. Aug.
Facies domini diuisit eos. non addet ut respiciat eos. facies senum
Facies domini di non erubuerunt. neque sacerdotum miserti sunt. Hyst.
uisit eos. & cetera. Quasi quia facies sacerdotum non erubuerunt. immo
dominum in suis sacerdotibus contempserunt. iure dominum in eis reuersi sunt.
Ideo diuisi sunt a facie domini. quia extendit manum suam in re
tribuendo. Diuisi sunt. quia alii per orbem dispersi. alii ad fidem con